

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

H ante Y

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

ut inquit Stephan. Gentile est Hyamita, *Ἰαμίται*, teste eodem Stephano.

Hyamion, *Ἰαμίον*, Troadis oppidum, à quo fit gentile Hyamion, teste Stephano.

Hyampólis, *Ἰαμυπόλις*. Ger. Em Stat in Rhocida am Berg Parnasse. Phocidis oppidum, ad Parnassum montem, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 7. & Strabo lib. 9. Est & Hyampolis altera in Bœotia, non procul ab Orchomeno: cuius meminit Ptolemaeus lib. 4. cap. 15.

Hyantes, *Ἰάντες*. Ger. Die Bötter in Bœotia. Ab antiquis appellabantur Græciæ populi, postea Bœoti appellati. Teste Plin. lib. 4. cap. 7. quod nomen ab Hyante rege traxisse putantur, ut non obscure innuit Strabo lib. 7. Hinc deducitur adjectivum Hyantius, a, um, idem significans quod Bœotius: unde Ateonē Cadmi nepotem Hyantiū cognominat Ovid. 3. Metam. Quum Iuvenis placido per devia lustra vagantes Participes operum compellat Hyantius ore.

Hyapea, *Ἰαπέα*, Vrbs Phocidis ab Hyapo. Civis Hyapeus.

Hyās, antis, *Ἰάης*. Ger. Ein Sohn des Königs Atlanti, welcher auch dem Götter von den Ilienen ist jetzet worden. Atlanti filius ex Aethra uxore, qui quum adhuc puer venationibus sese exerceret, à leone devoratus est. Huic fuerunt sorores septē, à patris nomine Atlantides dictæ: quæ cum fratris desiderio extabescerent, deorum miseratione in septem stellas cōversæ sunt: quarum pieras ne ullo temporis intervallo oblivione obliteraretur, à fratris nomine Hyades appellatæ sunt. Fuit & Hyas Bœotie rex, à quo Bœoti aliquando Hyantes fuerunt nominati, Autor Strabo lib. 7.

Hyas, *Ἰάης*, Vrbs Libyæ, quæ & Oasis: unde Hyasites, vel Oasisites, Steph. Vide OASIS.

Hyba, vel **Hybadæ**, *Ἰύβα*, vicus in tribu Leontide, Stephano.

Hybandi, *Ἰύβανδαι*, Olim insula fuit Ionix: postea maris recessu continenti annexa. Autor Plin. lib. 2. cap. 39.

Hyberes, **Hyberi**, & **Hyberia**, quæ hic ut perperam scripta, sic alieno loco inserta est. Vide IBERES, Iberi & Ibera.

Hybele, *Ἰύβηλη*, Vrbs iuxta Carthaginem, Gentile Hybelites.

Hybèrnia, *Ἰύβηρνια*. Vulgò **Irelandia**. Ger. Irlandien. Insula inter Septentrionem & Occidentem solem, dimidio minor quàm Britannia, cui propinqua est. Ab hyberno tempore (ut quidam putant) sic appellata propter hyemis magnitudinem. Hinc

Hybèrnicus, ca, cum, ut Mare Hybèrnicum. Claudianus hanc insulam vocavit Hybèrnen in 7. Paneg. Scotorū cumulos flevit glacialis Hybèrne.

Hyblæ, vel **Hyble**, es, *Ἰύβλαι*, Civitas Siciliæ, circa quam est thymi & salicū copia: ab Hyblone Rege ita dicta, Megara appellata postea. Hanc Strabò à Dorienibus conditā scripsit. Est etiā huius nominis mons dictæ urbi proximus, thymo abundans: unde apes pastæ mel optimum conficiunt. Martialis: Quum dederis Siculis mediæ de collibus Hyblæ, Cætopios dicas tu licet esse favos.

Hyblæia, a, um, *Ἰύβλαια*, ut Apes Hyblææ, quæ in Hybla monte pascuntur. Virgil. 1. Aeglog. Hyblæis apibus florem depasta salicū.

Hyblôn, onis, *Ἰύβλων*, Siciliæ regulus, qui Hyblæ civitati nomē fecit, quæ postea Megara dicta est. Autor Stephanus.

Hybræas, *Ἰύβραιος*, Insignis Orator ex Mylasis Carix urbe: cui quum pater nihil præter mulum lignat, um, & mulonē reliquisset, illorum opera aliquādiu nutritus, Diotrephi Sophistæ operam dedit: posteaq; ad Reipublicæ gubernacula conversus, proximam Euthydamo auctoritatem obtinuit: quem quum patriæ quidem suæ tyrannidē exercere, sed tamen multis utilitatibus id incommodi pensare videret, fecit ei in cōtione dixisset: Euthydame, malum es civitatis pernecessarium. Nam nec tecum vivere possumus, nec sine te. Hic quū Labienus Parthorum auxiliis instructus, in Asiam irrupisset, adolescentulumq; quendam iactantem audiret, se Parthicū Imperatorem esse. At ego, inquit, Caricus. Quo ejus dicto imitatus Labienus, imperū in urbem fecit, eaq; capta magnificas Hybrææ ædes diruit: (nam ipse fuga se Rhodum subdlexerat) urbemq; ipsam ruinis, incendiisq; deformavit: Verūm quum ille Asiam reliquisset, reversus Hybræas, ædes suas, urbemq; reparavit. Ex Strab. lib. 14.

Hyccaron, *Ἰύκκαρον*, vel *Ἰύκκαρον*, Oppidum Siciliæ, ubi Latidem mætricem natā ajunt. Gentile Hyccareus, possessivum Hyccarius, Steph.

Hydā, die, sive **Hyde**, es, *Ἰύδα*, Oppidum Lydiæ, sub Tmolo monte situm, cuius meminit Homerus in Catalogo. Sunt qui idem esse putent cum Sardibus. Vide Strab. lib. 13.

Hydārcæ, *Ἰύδαρκαί*, India populi, qui adversus Liberū patrem pugnarunt. Stephan.

Hydārnēs, *Ἰύδαρνης*, Fuit nobilis Persa, qui, teste Herodoto, lib. 3, cū Dario in Smerdim Magū cōjuravit. Vide Strab. lib. 11.

Hydāspēs, *Ἰύδαρπης*. Ger. Ein Fluss India. Fluvius Indig qui per Parthos & Medos fluens, in Indiam extenditur. Nylamq; urbem alluens, in do flumini miscetur. Alii non in Indum, sed in mare labi tradunt. Lucanus lib. 6. Quæ rapidus Ganges, & quæ Nylæus Hydaspes. Dicitur ab Hydaspæ antiquissimo Medorum rege.

Hydissus, *Ἰύδαρπης*. Carix oppidum: ita dictum ab Hydissio filio Bellerophonis, & Astene, filix Hydei, teste Stephano. Huius incolæ dicuntur Hydissenses, *Ἰύδαρπῆσι*, quosū meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

Hydrāmia, *Ἰύδαρμία*, Vrbs Cretæ: cives Hydrāmiæ. Steph.

Hydrea, *Ἰύδαρεια*, Insula iuxta Tzerzenem. Gentile Hydreaæ. Stephan.

Hydrēla, *Ἰύδαρεια*, In Caria est. Gentile Hydrelæus, Steph.

Hydrōchōis, *Ἰύδαρχόης*. Ger. Der Wöstenmaß Pol. Wösten. Signum cœlestē, quod Latine Aquarium dicitur, *Ἰύδαρχόης* hoc est, ab aqua fundenda dicitur. Nam qui Astrologi Poeticam scripserūt, putant hunc fuisse Ganymedem Trojanū puerum, Iovis iussu ab aquila raptum, & in menia cœrosū miscendæ neccari aquæ præpositum.

Hydrōgārum, garum, ex aqua. [Vng. Viesir, hay.] Lampridius Helio gābalo: Hydrogarum Romanorum ducum primus publice exhibuit.

Hydruntum, *Ἰύδαρυντῶν*, Vulgò **Otranto**, Oppidum extremū agri Salentini, apud Plin. lib. 3. cap. 11. quod à Stephano, & Sabone Hydrius appellatur.

Hydris, antis, Vide supra **HYDRANTVM**.

Hydrūsi, *Ἰύδαρυσί*, Duarum insularum nomen in mari Aegæo, quarū altera notiore nomine Andros, Andra: altera Cocos appellatur. Hydrusæ ab aquarum ubertate appellatæ. Vtrobq; meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Hyēla, *Ἰύδαρεια*, Oppidum Lucanix, iuxta Palinarum promontorium, à Phocensibus conditum, teste Herodoto libro 1. postea Elea, dein de Helia, & postremò Vela appellata. Vide Strabonem lib. 6.

Hyētus, *Ἰύδαρεια*, Vicus Bœotix, quem nonnulli Apledonem nominant: ab Hyeto quodam Argivo nomen habet: sive (ut alii placet) ab eo quod jugibus nigetur pluvius. Vide Stephanum.

Hygāstus, *Ἰύδαρστῶν*, Carix civitas, apud Stephanū: à qua tempus vicinus Hygastus appellatur.

Hygrās, *Ἰύδαργας*, Sarmatix Europæ oppidum, inter Lycum & Pontum fluvios. Vide Ptolemaeum Tabula à Europæ.

Hyllāctor, *Ἰύδαρκτορ*, Nomen unius ex canibus Aëtionis: *Ἰύδαρκτορ*: hoc est, à latrando. Ovid. 3. Metamor. & acuta voce Hyllāctor.

Hyllæ, *Ἰύδαρεια*, Sarmatix regio sylvestris, non procul à loco quē Achilles cursum nominant: à qua vicinum mare Hylæum appellatum est. Vide Herod. lib. 3.

Hyllæus, *Ἰύδαρεια*, Centauri nomen, à sylvis deductum. Virg. 8. Aeneid. tu nubigenas invicte bimēdres, Hylæumq; Pholūq; manu, tu Cressia mactas Prodigia.

Hylās, *Ἰύδαρεια*, Filius fuit Theodamantis, quem Hercules rapuit. Quum enim ex Calydonia occiso Oenei pincerna fugeret, venissetq; cum Dejanira & Hyla filio ad Dryopes, & cœnatis puero quum Lychas pedagogus abesset, à Theodamante aliquid cibi postulasset: ille autem denegasset, arripit unum ex bobus Theodamantis mactavit, atq; coxit. Quam ob rem Theodamas, cœnatis populantibus, arma adversus Herculem movit: & quanvis in ea pugna se opprellus fuit Hercules, tamen victoriam obtinuit, & occiso Theodamante, Hylam filium ejus secum abduxit: quem postea unec dilexit, cumq; cum reliquis Argonautis Colchos navigans duxit. Verūm quum inter remigandum Hercules remum suum friggeret, unā cum Hyla navi egressus est, ut alium in Mygæis quæreret. Invalenscens autem æstu, quum sitis premeretur, Hylam cum urna mittit ad Ascanium fluvium, ut inde libraq; afferret. Verūm quum ripa alior esset, quā ut ilans haurire posset pro cumbens in pectus Hylas, urnam e manibus amittit: quam quum subito recipere conaretur, pondere ejus demersus est. Quæ res poetis occasionem præbuit fabulandi. Hylam à Nympphis fuisse raptum. Hercules autem quum Hylas nusquam compareret, casum ejus tam ægred iussit, ut reliquis Argonautis, Myliam totam oberrans, Hylam quæreret. Iuvenalis Satyr. 1: Et multum quæsitus Hylas, ut inq; secutus. Unde locus factus proverbio: Hylam in clamas, *Ἰύδαρκαί*. De frustra vociferantibus, aut in genere, de nihil proficiētibz.

Hylatæ, *Ἰύδαρται*, Populi Syrix Cœles apud Plin. lib. 3. cap. 23.

Hylax, actos, *Ἰύδαρξ*, Nomen canis, *Ἰύδαρξ*: hoc est, à latrando.

Hyllarima, *Ἰύδαρριμα*, Oppidum Carix, supra Theostrotoneiam, patria Hieroclis ex athleta philosophi. Civis Hyllarimeus. Steph.

Hyllæia

Hyllællis, Ἰλλήεσσα, Paros una Cycladum olim vocabatur. Est enim Zacynthi epibeton. Steph.

Hyllurala, Ἰλλυράλα, Vicus Carix, ubi Hyllus interit, cum templo Apollinis. Alla apud Caros equum significat. Steph. Alias Hyllura.

Hyllus, Ἰλλυς, Suidæ, Filius fuit Hercules ex Melita Aegæi fluminis filia: à quo Hyllinenses populos, & Hyllicum portum denominatū tradunt. Hylus, Ἰλλυς, alius fuit filius Hercules ex Dejanira, qui Iolen, patre mortuo, uxorem duxit, ut ait Ovid. lib. 9. Metamorph. Hic postea cum cæteris fratribus, qui ex Hercule superstitibus fuerunt, ab Eurystheo pulsus, Athenas confugit, ibiq; Misericordix, vel Clementia templū condidit, quod & accepti ab Atheniensibus beneficii testimoniu, & miseris in posterum asyllum esset, & perfugium. Seneca in Hercules. Octavo: Si vera pietas Hyllæ quærenda est tibi, jam perime matrem. Hylus item Straboni libro 13: Fluvius est Lydiæ, in Hæmum influens, qui postea Phrygius appellatus est.

Hylionomæ, Ἰλλιονομή, Mulier ex genere Centaurorum, Cyclari Centauri uxor, quæ mortuo marito gladio suo incubuit.

Hylus, Ἰλλυς, Filius Hercules ex Dejanira: de quo copiosius egimus in dictione HYLVS.

Hymari & Actææ filius Gelon. Steph. in γῆλα.

Hymen, pro Deo nuptiarum præside, qui & Hymenæus, & conjunctis dictionibus Hymen Hymenæus dicitur. Catullus in Epithalamio: Hymen, ô Hymenæe Hymen, Hymen ô Hymenæe.

Hymenæus, Ἰμηναιεύς, pen. prod. [Ἰμηναιεύς. Ger. Ein Gott der Hochzeit.] Deus nuptiarum putatus est, Ἰμηναιεύς hoc est, a membrana quæ claustrum virginis esse, & primo coitu rumpi putabatur. Hic Venæri & Libæi filius dicitur, vel (ut quidam ajunt) ex Vrania progenitus, qui primas certas nuptias instituit. Alii putant Hymenæum virum Atticum fuisse, qui raptas à latronibus virgines, parentibus intactas restituit: ideoq; in nuptiis ejus nomen invocari, tanquam defensoris virginis: adeoq; hanc vocem nuptialem fuisse apud Græcos, quæ admodum Romani in nuptiis virginibus Thalassii nomen invocabant. Alii dicunt Hymenæum fuisse quendam juvenem, qui die nuptiarū mina oppressus interit. Unde postea instituit, ut expiationis gratia nominaretur in nuptiis. Sunt etiam qui putent hymenū ipsam in virginibus nuptias cantari solium, vocari hymenæum Terent. in Adolph. hoc mihi in mora est, Tibicina, & hymenæum qui cantent, ubi Donatus: Sic accipe, Ἰμηναιεύς, hymenæum in nuptiis, quæ madmodum Ἰμηναιεύς in sanere, vel in sacris hymnum. Accipitur etiā pro ipse nuptiis. Virg. 1. Aeneid. Pergama quum pæteret, in concessosq; hymenæos.

Hymera, Vide HIMER A.

Hymettus, Ἰμμήτιος, Ger. Ein Berg in Attica bat gut Wenden gah.] Stephano & Suidæ per duplex, Mons Atticæ clarissimus, semper florens, cujus mel Plin. scribit esse pretiosissimū. Mart. lib. 14: Hoc tibi Thefei populatrix misit Hymetti Pallados à sylvis nobile nectar apis.

Hymettus, Ἰμμήτιος, tium, adjectivum, Ἰμμήτιος. Stephano, Quod est ex Hymetto monte. Plin. lib. 16. cap. 3: Lucius Crassus orator, primus peregrini marmoris columnas habuit Hymettias. Erant autem columnæ ex Hymetto monte excisæ: nam ex hoc monte pulcherrimum marmor effundebatur.

Hyope, Ἰυοπέ, Vrbis Martianorum (forte Martianorum) Gentile, Hyopeus, eiusque. Veliti sunt ut Paphlagonæ. Steph.

Hyops, Ἰυοψ, Vrbis in Ibeia Chetonnensi, non procul à Lesio fluvio inde Hyopus. Steph.

Hypacatis, Scythiæ fluvius.

Hypæa, Ἰυπαία, Massiliensium insula, una Stæchadum. Autor Plin. lib. 3. cap. 3.

Hypalochii, Ἰυπαλοχίαι, Gens Molossica. Steph.

Hypæra, Ἰυπαέρα, arum, Ἰυπαέρα Stephano & Straboni, Lydiæ oppidum, quod occurrit à Tmolio monte ad Caystri campellia iere facienti. Nomen ei est (ut inquit Stephanus) quoniam sub Aepo monte sita est. Venæri sacra est, eod quod pulchra femina ibi visantur. Ovid. de Arachne: Orta domo parva parvis habitabat Hypæra.

Hypæris, pen. corr. [Ἰυπαρίς. Ger. Ein Fluss in Scythien.] Fluvius Scythiæ, ex magna palude profluens, sapore dulcissimo, donec ad quadragentimum miliaria miscetur ei exiguus fonticulus. Exemplum nominat Herodotus lib. 4, qui sua amaritudine torum corrumpit Hypanim. Ovid. 13. Metamorph. Quod non & Scythiis Hypæris de montibus ortus. Qui fuerat dulcis, salibus vitatur amarus: Est & alter ejusdem nominis fluvius in India, cujus meminit Strabo, lib. 15. Ad quem referri potest illud Propertii: Quantum Hypanis Venæto distat ab Etidano.

Hypæna, Ἰυπαίνα, Tiphylæ civitas apud Strab. lib. 8.

Hypærchus, Ἰυπαρχός, Ger. Ein Landtrogt oder Weinstock in Thracien.

atnem Scythiæ. Pol. Starilla populatony: item, letman nad moikien. Vng. Tiseg tarti. Arg. That balt ibi onefight and charge in daing any thing.] Perfectus provincie vel exercitus, cujus potestas & autoritas superiorem potestatem agnoscit: unde est illi imperandi jus, & provinciam administrand: quasi ipse imperator. Eiusmodi erant legati in exercitu, qui sub imperatore rem gerebant: & provinciarum Præsides à Principe vel Senatu constituti.

Hypæra, Ἰυπαίρα, Aeniensium civitas, teste Stephano. Sunt autem Aenienses, Aetoliæ populi, Perthæbis finitimi, teste Plin. lib. 4. cap. 2. Est item Hypæra Bithyniæ reginacula, ad Sangarium fluvium, teste Stephano.

Hypæris, Ἰυπαρίς, Phoenices fluvius, apud Melam. lib. 1. Hypæris item Græci Consulem appellant, & Hypæriam Consulatum, & Hypæricon Consularem. Verum hæc, quod nostris instituto parum conveniant, ex Græco potius Lexico petenda relinquimus.

Hypæria, Ἰυπαίρια, Muller Alexandrina, Theonis Geometrix filia, & uxor Iliæ Philosophi, quæ magno & frequenti auditorio varia disciplinarū genera in patria professa est, Suidas.

Hypænor, Ἰυπαίνωρ, Trojanus, quem, teste Homero lib. 5. Iliad. Diomedes in bello occidit.

Hypænis, Ἰυπαίνης, Athleta qui primus diavlo vicit Psulan.

Hyperborei, pen. corr. [Ἰυπερβορέαι. Ger. Die Menschen der Welt von Westen von weichen die Uten viel gebildet haben.] Montes & populi Septentrionales: ita dicti quod supra Borææ flatum sit esse crederentur. Fessus: Hyperborei supra Aquilonis flatum habitantes dicti: quoniam humanæ vitæ modum excendant, vivendo ultra centesimum annum, quasi in æternitate humani seculi. Ferunt magnam his de cælo clementiam concessisse, auras spirare salubres, nihil noxi flatus habere, domos esse nemora, victum arbores ministrare, discordiam necesse, ægritudine non inquietari, ad innocentiam omnibus æquale votum esse, mortem accersere, & voluntario interitu obundi tarditatem castigare. Sed hæc fabulosa sunt. Diodorus oppositâ Celtis Oceani accolis esse insulam scribit, haud multo Sicilia minorem, valde fertilem, & bisferam: hoc est, bis quotannis fructus ferentem: habitariq; ab his qui Hyperborei appellantur, eod quod vento Borææ sunt expositi. Hyperborei, inquit Pomponius Mela, super Aquilonæ, Rhaphæosq; montes sub ipso syderum cardine jacent, ubi sol non quotidie ut nobis, sed primū verno æquinoctio exortus, autumnali demū occidit: & ideo sex mensibus dies, & rotidem alius nox usq; continua est. Terra angusta, aprica, per se fertilis: cultores iustissimi & diutius quam ulli mortalium & beatus vivunt. Hæc Mela. Plura de his vide apud Plinium lib. 4. cap. 12.

Hyperdextera, Ἰυπερδξίτηρ, Regio Lesbi est, ubi Iupiter Hyperdextus, & Minerva Hyperdexta coluntur. Steph.

Hyperæchus, Ἰυπεραχός, Alexandrinus grammaticus sub Martiano principe, scripsit de nominibus & verbis, & de orthographia. Suidas.

Hyperæ, Ἰυπεραία, five Hyperia, pen. prod. Ἰυπεραία, Fons Thessaliæ, apud Plin. lib. 4. cap. 8. Meminit hujus fontis & Strab. lib. 9, qui eum in medio collocat Metalense, quod oppidum est Phæroorum in Thessalia.

Hyperætes, Ἰυπεραίτης, Oppidum est Achaicè proprie dicitur, cujus meminit Homerus in Catalogo, & Strabo lib. 9.

Hyperides, Ἰυπερίδης, Athenicis orator, æmulus Demosthenis, iussa Antipatri exacta lingua interfectus. Plutarch. in vita Demosthenis.

Hypermetra, Ἰυπερμετραία, Ger. Die frömmste aus den 50. Tochter Danae.] una ex quinquaginta Danae filiabus: quæ quum totidem Aegisthi filius nupsissent, iussuq; essent à parte prima nocte matris interficere, sola ex omnibus maritum suum Lynceum nomine ab infidus liberavit, qui postea Danaum occidit. Extat inter Epist. Ovid. una Hypermetra ad Lynceam virum.

Hyperion, pen. prod. [Ἰυπερίων. Ger. Die Sonne.] Hyperionis in genitivo, penultima correpta. Ἰυπερίων, quod est eo, à Poëtis usurpatur pro Sole: quamvis ab aliis Solis partem esse tradant. Ovid. lib. 3. Falorum: Placet equo Peris radiis Hyperiona cinctum. Diodorus scribit Hyperiona Saturni fratrem fuisse, Cæli filium, qui Solis & Lunæ, aliorumq; astrorum motus, horasq; primū summa cura, observationeq; à se percepta, cæteris noscenda tradidit: ideoq; horum parentem nominatum esse, veluti ipsorum naturæ contemplatorem. Cicero in Prognost. Ut quum Luna means Hyperionis officit orbi, & inde sit adjectivum Hyperionius.

Hypius, Ἰυπίος, vel à Vrbis est & fluvius, sub Pœtica Heraclæa. Item Hypii montes sunt, quorū incolæ Mysos esse ajunt. Gentile Hypianus, Steph.

Hypobarus, Ἰυποβάρης, Indix fluvius, à Septentrione in Orientalem fluens Oceanū, juxta quem Ctesias montem sylvium

L. volum

vosum esse tradidit, cuius arbores electrum exudarent. Vide Plin. lib. 37. cap. 2.

Hypochalcis, *ὑποχάλκισ*, Vrbis Aetolię in Europa. Gentile Hypochalcideus, sita sub Chalcide mōte. Stephan. in Hypochalcis & Hypotheca. Vide CHALCIS.

Hypotheca, *ὑποθήκη*, vocatur sunt Fornix in Bœotia. Alii oppidum quoddam esse ajunt à loci situ ita nominatū, Steph.

Hypselis, *ὑψελίς*, Vicus Aegypti, quem inhabitant Hypselitae. Sunt etiam Hypselitae in vico quodam Thraciæ, Stephanus.

Hypsenor, *ὑψένωρ*, Fuit, teste Homero lib. 5. Iliados, filius Dolopionis, qui sacerdos Scamandri: in tanto honore habitus fertur, ut tanquam divinum quoddam numen coleretur, ac si deus quidā fuisset. Illū Eurypyus in bello Troiano interemit.

Hypsicrate, *ὑψικράτης*. Ger. Ein getreide Hausfrau des Königs Mithridates. Mithridatis regis uxor, insignis conjugalis fidei exemplar, quę maritum à Pompeio victum attonitis capillis, viriliq; habitu assumpto, per loca insulta, ferasq; gentes, infatigabili corporis, animiq; robore sequuta est.

Hypsipyle, *ὑψίπυλη*, Lemni regina Thoantis filia, quę quum reliquę mulieres ejus insula omnes viros ex cōmuni sententia occidissent, sola parē servavit. Ob quam pietatem ē Lemno ejecta capta à piratis dicitur, & Lycurgo Thracię regi vendita: quo liberaliter habita, & nutriendo filio ejus præposita est. Nam paulō ante fugam gemellos pepererat, quos conceperat ex Iafone, quem in Colchos navigantem hospitio simul & lecto exceperat. Postea quum Argivis ad Thebanam expeditionem proficiscentibus, Langiam fontem ostentura, Archemorum alumnum humi deposuisset, ea absente adrepent serpens puerū interemit: quo nomine quum à Lycurgo ad supplicium quæretetur, ab Adrasto, ceterisq; Argivis servata est. Vide Scatū in Theb. & Ovid. in Epist. Heroid. Prop. li. 1.

Hypsius pluntis, *ὑψίσις*, Lycæonia filius, condidit Thyreum Arcadię urbem, Stephanus. Est & Hypsius Arcadię urbs, Steph.

Hyrçania, *Ἑρçανία*. Ger. Ein thürkeisch Asien steht geg. Nuffgang an das Meer von Bagdad. Regio Asię, magna ex parte plana, & præclarissimis urbibus insignis, quarum celeberrimę sunt Talebrota, Samaritana, Carta, & Taperi: ad eod autem fertilibus & opulenta, ut vitis vini metretam ferat, & ficus sexaginta modios ficorum: fumentum ex semine nascatur quod ex dit ex culmo, in arborib; mellificetur, perfluat mel ex oleis. Dicitur Hyrcania, ab Hyrcana Sylva, quę Scythiæ subjacet. Habet ab Oriente mare Caspium: à Meridie Armeniam: à Septentrione Albaniam ab Occasu Iberiam. In ea regione pantherę, pardi, & tigres abundant quum syvis aspera sit.

Hyrçania, na, num, *Ἑρçανία*: ut Mare Hyrcanū, Mar de Sacan, homines Hyrcani. Hieronymus: Hyrcani volucris & canibus semivivos projiciunt. Virg. 4. Aeneid. Hyrcanęq; admorunt ubera tigres.

Hyreus, *Ἑρçεύς*. Ger. Der nach etneo Namen in Naotia, welcher Mercurium und Neptunum beherberget hat: und sic in dergegen auß seinen wunsth mit einem jungm Sohn begabt haben. Rusticus quidam Bœotius, qui quum Iovem, Mercuriū, & Neptunum hospitio suscepisset, iustus petere quicquid vellet, mox voti cōpositurus, respondit se quidem nihil quę cupere ac filium: uxore tamen ducere nolle. Quo intellecto, tres dii in bubulū tergus, quod ille juvenco detulerat, quem Iovi recēs immolaverat, lotium reddidēte: ex quo decimo mense natus est puer, quem ille dōm *Ἑρçεύς*: hoc est, ab urina, Vriōnem vocavit: qui postea primę literę mutatione Orion dicitur est.

Hyria, *Ἑρçία*, Insula est Ionii maris, ante Peloponnesum, alio nomine Zacynthus dicta. Autor Plin. lib. 4. cap. 12. Fuit præterea Hyria Bœotię oppidū, in agro Tanagrao, autore Plin. lib. 4. cap. 7, & Strabone lib. 9. Item aliud in Iapygia, à Cretenibus conditum: cuius meminit Herod. lib. 7.

Hyrmine, *Ἑρçμίνη*, Oppidum in ea parte Achaicę proprię dicitur, quę Eleorum agro proxima est. Autor Plin. lib. 4. cap. 5.

Hyrnithium, *Ἑρçνίθιον*, Parva regio in Epidaurō, cui nomē dedit Hyrnitho, filia Temeni. Gentile Hyrnithios, Steph. ex Pausanias lib. 2.

Hyrtaeus, *Ἑρçταεύς*, Oppidum Cretę, apud Stephanū. Fuit præterea hoc nomine Trojanus quidam ex Ida monte, pater Nisi unus ex cominibus Aeneę, qui à nominis patris Hyrtacides appellatur à Virg. lib. 9. Aen.

Hylais, *Ἑρçαις*, Insula parva & magna Aethiopiū: Insulatus Hylaitæ, Stephanus.

Hysbe, *Ἑρçβή*, Lydię oppidum, apud Stephanum: à quo deducuntur gentilia Hysbeus & Hysbites.

Hyscana, *Ἑρçκανά*, Vrbis Ilyrię: gentile Hyscanus, Stephan.

Hylia, *Ἑρçία*, vel Hylia, arum, *Ἑρçία*, Bœotię oppidum, colonia Hyrcanorum, à Nisteo Antiopes patre condita: de hac Thucydides, lib. 3. Est & alia regio sedes Parthorum. Gentile Hyliaus. Est item vicus Argivus Thucydidi: Characi verō civitas: Vide Hylitæ, tis. Item Arcadię urbis: deniq; Rhyfia, forētē Hylia urbs Bœotię, Stephanus. Vide HYRIA.

Hystaspes, *Ἑρçασπης*, Darius Persarū Regis filius ex Atossa Cyrib: ha: cuius meminit Herod. li. 7. Fuit & ante hęc aliter eodē nomine, Arsamenis filius, & Darius patris de quo idē Herod. lib. 1.

Hytrenna, *Ἑρçρηνά*, Vrbis Lyciæ, Steph.

Hythmitæ, *Ἑρçμιται*, Populi juxta Lyburnos & Cyopios, Steph.

Hyttensā, *Ἑρçτσηνά*, Vide TETRAPOLIS.

I
Iaboch, Fluvius, oriens prope Rabbath Metropoli Ammonitarum, & exonerans se in Iordanem, infra Mare Galilę, in cuius fluvii ripa Iacob cum angelo luctatus est, Gen. 32.

Iacchus, *Ἰακχός*, Nomen Bacchi, ab *ιακχό*, clamo, canto, vociferor: nam qui Baccho sacrificabant, ululibus & clamoribus omnia implere solebant. Virg. Aegl. 7: Populus Alcideę gratissima, vitis Iaccho. Ponitur quādoq; pro vino, Virg. 6. Aegl. Instatum hesternō venas, ut semper, Iaccho.

Iacob, *Ἰακώβ*, Lat. athleta, & exercens se dicitur, quā appellatōne primū habuit, quū practicus operantibus multos proprietate labores ferebat. Quum autem iam viator luctando evasis & speculationibus fructuatur bonis, tunc Israel em ipse Deus appellavit, eterna premia, beatitudinēq; ultimam, quę in visione Dei consistit, ei largiens. Hominem enim qui Deum videat, Israel nomen significat.

Iacobus, pen. prod. *Ἰακώβ*, Nomen proprium, quatuor syllabarū. Claud. Quid lateras veritas dux Iacobe meos? Nomina enim propria apud Hebræos (sicut Pifelianus docet) in fine acutum accentū habent, quę more Latino declinata, eundem retinent, & penultimam producant ut, Adam, Adamus, Ioseph, Iosephus.

Iader, neutri generis, *Ἰαδρα*. Ger. Ein fuf auf der Wohlthun Markt bey der Stadt Zora. Fluvius est Ilynci, in Adriaticā mare deluens, juxta quem oppidum est Iadera. Lucan. lib. 4. Itrepidum in molles Zephyros excurret Iader.

Iadera, quę & Iader, neutri generis, *Ἰαδρα*, Prolem eo, Vrbis est Ilyricę, nō procul ab Apollonia & Salona. Pomp. lib. 2. Iader meminit & Plinius in descriptione Liburniæ. Vulgō Zora.

Iactia, *Ἰακτία*, Vrbis Sicilię, Steph.

Iachivei, *Ἰακχίβηται*, Populi Libyę.

Ialmenus, Vide supra ASCALAPHVS.

Ialyfos, *Ἰαλύφος*, Oppidū in Insula Rhodo, inquit, tres quoddam urbes erant, Lindos, Camiros, Ialyfos. Ialyfos autem urbs quę est, quę Telchinas olim aluit, his qui in Creta floruerunt, cognominis, in Ilicium genus hominum, & præstigit infame.

Iamblichus, *Ἰαμβλίκος*. Ger. Ein phisiosophus in Creta in Pythagorischen Lehr vorderricht. Pythagoricus philosophus & Chalcyde Syracusani Posiphyni discipulus, qui tempore Constantini Magni floruit: sub quo brevi tempore tamam profecit, ut secundas post præceptorem Romę obtineret. nec ab eo quicquā differre videatur doctrina: nisi quod ille melior facultate, candoreq; orationis, hic paulō durior habebatur: ut de Xenocrate Plato dicebat, venere dicēdi: ca: erat. Morib; adeo probatus, ut ejus vitę abstinentia, modicisq; ea temperate noli nō cognita fuerit. Huius meminit & Hieronymus.

Iambrahis, *Ἰαμβραχίς*, Samus à fluvio sic dicta, Steph.

Iametas, *Ἰαμετάς*, Aestuariū est maris Britannicę, in quod Iabatur fluvius ille, quē Temesim Cæsar vocat. Plin. lib. 1. cap. 1. Iarui, *Ἰαρούς*, Populi Scythiæ, Steph.

Iamina, *Ἰαμίνα*, Oppidum Phœnicę, Strabo vicum esse scribit, ab Iamno dictum, aut quod Iaminos Greci vocant humidos & floridos lacos: gentile, Iaminites pro Iaminites.

Iamno, *Ἰαμνός*, Oppidum insulę Balcancę minoris: quę duo olim habuit oppida, Iamnoem, & Magonem, teste Plin. lib. 3. cap. 5, & Pomp. Mela ad finem, lib. 2. Ptolemæus Iamnam, *Ἰαμνός*, nominat.

Iani, Pons dicta fuit, quę postea præposita litera d, Dianę appellata est, teste Nigidio.

Ianassa, *Ἰανασσα*, Nympha dicta est, à suaviter regendo, *ἰανασσά*, Ictifico: *ἰανασσά*, regno, impro.

Ianiculum, Oppidū Celucę gentis in Hispania citeriore. Ptolemæus Mela, lib. 2.

Ianiculum, Oppidum fuit in Ianiculo monte trans Tyberim: ita dictum à Iano conditore, ut quidam putaverunt: quod tanquam lingua esset Romanis in Hetruriam proflucisceret. Virg. 8. Aen. Hæc duo præterea disiectis oppida iura. Reliquias, veterumq; videt monumentis virorum: Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit: urbem Ianiculum hinc, illi fuerat Saturnia nomen.

Ianicul.